est enim vir honestate conspicuus compositus moribus edoctus sciencia circumspectione providus et placidus conversacione dilectus de quo utique gaudia tanquam de proprio et utili fructu consolantur sed licet tam graviter de subtraccione vel ipsius presencie contexo detrimentum Et magnum sit tamen causam prebeat magnum luctus et consequitur tamen et expedit quod in merore non prorsus relegemus prudenciam nec discrecionis omnino regimine careamus ita quod doloris vehemencia sic non sopiat sensum nostrum quod racionem in nobis extinguere videatur. Consideremus ergo discrete sic convenit predilecte quod amabilis hic germanus et socius ab omni conditore a domino de presenti seculo evocatus qui cunctis mortalibus pro suo beneplacito vivere dat et mori prolongans et abrevians sicut vult spacium huius vite consideremus et quod inevitabilem viam statutam generaliter omnibus viventibus est ingressus et nos penitus oportebit quandoque illi eciam nos vinculo alligati dissolvi condicione huius tandem morte consideremus insuper quod iste percusso rite vite ipsius stadio et laudabiliter itinere suo peregrinacionis expleto devotum et humilem spiritum in pace suo reddidit creatori relicta de se post suum exitum bone fame ... ad meliorem vitam sic speramus et ad statum transit feliciorem acerbius consolacionem et conformacionem accipientes in domino debitam in tristicia modestiam habeamus nos nostros variis merentes animos ploratoribus retinentes. Sed prosequimini ulterius defunctum ipsum in talibus lacrimis sed elemosinis efficacibus talibus suffragiis oportunis.

Versa est in luctum cithara mea et organum meum in vocem flencium audita nuper quondam .G. filii mei morte acerba nobis patriam et invisa illius enim iuventus florida militans strenuitas et morum venustas ad memoriam revocate movent lacrimas coram mariti et suspiria ingeminare compellunt diu et mortuum deplemus occasum et nostri iuvenis innovatam tristiciam ac priores de talibus obitu filii dolores attendimus infinitos. Dolemus siquidem sed dolere amplius et amplius si conferret lacrimarum fluenta decurrent et vox lugubris non cessaret si tante iacture calamitas et huius posset vel similibus relevari. Sed certe vir nobilis vir expertus prospera et adversa quid conferret dampno dampnum addere quid defuncti accrescit casui de luctu viventium vel ploratu. Nunc frustra laborem impendimus in quo proficimus nulla pro opere vel studio reparari. Summos namque pontificum devota religio philosophorum prudencia imperialis maiestas regum sublimitas et thesaurorum immensitas nec unquam hactenus effugere potuit nec evincere potuit brevis articulum sepulture. Licet igitur caro carni condoleat et fraterno affectu animarum sit agitandum quod fuimus nati. Sed tamen dolendo sit absque domino mederi iudicio convenit quod mortis subiecit sive omne carnem venire quod absit inde salutis et eternitatis periculum unde nullum post quod expectarum abscedant merore tergantur lacrime suspiria condescessant et cum sancto Iob gratias effundamus dicentes Dominus dedit Dominus abstulit sic Domino placuit ita factum est sit nomen Domini benedictum. Et verisimile quod decet equanimiter sustinere nos crederet quod ut ecto nondum fuisse venturum. Decet enim digne decantur de morte terrena alterius durum quem deinde quod procul dubio licet incerto tempore nos consumet. Sic itaque temperetis affectibus sic pacienter voluntatem domini toleretis ut nec illius iniuriatis offensam nec vero deinde gentis vobis ex molestia indiscreti quin pocius vobis et nostris talis remedium consolacionis assumite ut quod inguistis hactenus corporis cordis quantum plenum non dissimulis serenitate vigere.

Communis calamitatis eventum vobis la. p. referret tamquam passus, frater etiam misere referret tamquam videns. Sic ergo vobis virtusque hominis compassione compassio et quod minuare possidus non poteritis deformacione saltem residuum non tardetis.

Hominis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos agri si lunam pallescere si solem videmus aliquando eclipsari quid est quod igitur mestis lacrimis mortuo fratre tuo non taceat pupilla oculi tui doloris doloris amaritudinem effundendo. Scias enim quod omne compositum philosopho testante dissolvitur et preter angelos omnis occiditur creatura unde illud propheticum homo vanitati similis factus est et dies eius sicut umbra pretereunt et quasi vas figuli confringetur humanum quidem est flere sed continuare fletus penitus inhumanum cum dicat apostolus nolite contristari sicut et ceteri qui spem non habent de resurreccione unde Augustinus non illos amisimus sed premisimus quidem hoc seculo recesserunt cum igitur frater tuus ad regionem sanctorum spirituum migravit ut potest quippe ... resurreccionem iam primam. Sicut lacrimas desine flere ne videaris domini exactibus diu sua interius licet inciterissimum sinam revocare dominus. Nam quod mortificat et vivificat ducit ad inferos et reducit. Cum nunc disponitur omnia et in tribulacionibus consolatur.

Litteras vestras ... perlecto tenore continencium quibus immoris fratris prestavit vehementer expavit et eius que sequebatur plenius intellectis dolor repentinus totaliter me tenuisset adeo quod animi vigore deposito oculi pre lacrimis caligarunt ut et lingua luctuosis occupata singultibus quod locucionis officium amisit. Non absque intellexi et enim quod inter amicos cuius in viendi iunctam custodiebat et solacium oportunum dilectionis in nec federe violato nuper sic cuncta unius alteri coniugio copulata ultimam terre subitus ... velatus aut fulminis impetus concussit pri... illa dies miserabilis et hora tam per... oculis illusisset ... cum ... premissis nullum reperit valeam consolacionis remedium aut levamen ... firmiter in meo corde tam diu luctibus et doloribus inherere donec anima deo volente claustrum mei pectoris derelinquat.